UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Leontio. 360.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

eos, qui opibus abundant, nec aduerſus eos, quibus cum contumaci fera, hoc eſt, cum paupertate certamen eſt, aliquid præter legem perpetrare in animum inducit. Nam nec illos lędit, pecunias eripiens: nec hos iuris religionē ob munera peruertens.

πλούτῳ κομῶντας, οὔτε εἰς τοὺς δυσυνθετήτῳ θηρίῳ, τῇ πενίᾳ φημὶ μαχομένους, παρὰ νόμον τι ἀξιοῖ διαπράξασθαι. οὔτε γὰρ ἐκείνους ἀδικεῖ ἁρπάζων τὰ χρήματα, οὔτε τούτους, λήμματι διαφθείρων τὸ δίκαιον.

Auſonio Correctori. 359.

Quandoquidem ad ſurripiendam non fortium tantùm, ſed etiam prudentum virorum mentem aſſentatio magnam vim habet: idcirco non iniuria metu valentiorem eam eſſe aſſero. Illi etenim plerique cedere verentur: huic autem lubentibus animis ſuccumbunt, temerè videlicet ac citra cruciatum ſeipſos dedentes.

Αὐσονίῳ κορρίκτορι. τνθ.

Ἐπειδὴ δεινὸν ἡ κολακεία οὐ μόνον τῶν ἀνδρείων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐμφρόνων κλέψαι τὸν νοῦν. διὰ τοῦτο εἰκότως τοῦ φόβου ταύτην φημὶ δυνατωτέραν εἶναι. τῷ μὲν γὰρ αἰσχύνονται πολλοὶ εἶξαι. τῆς δὲ ἡδέως ἡττῶνται, ἀκρίτως καὶ ἀβασανίστως ἑαυτοὺς ἐνδιδόντες.

Leontio. 360.

Ne mireris, vir optime, nec, vltrà quàm par ſit, doloris iaculo configatur animus tuus, propterea quòd, cum Zoſimo, vt ſcripſiſti loquendi libertas cauſa ſit, non cancellis quibuſdam & ianuis, quas etiam quidam fortaſſe aperire queant, verùm tot ac tantis criminibus, adhuc tamen linguæ petulantia laboret. Vt enim iis, qui aliquid ex virtute gerunt, poſtquàm virtutis muneribus perfuncti ſunt, modeſtiam adhibere mos eſt: ſic etiā iis, qui peccant, poſt delicta ſuperbire atque animis efferri. Quòd ſi huius rei argumētum capere cupis, perſpice quidnam tres illi pueri, qui ob vitæ probitatem ac iuſtitiam igne ſuperiores extiterunt: Peccauimus, iniquè egimus, iniuſtitiam fecimus. At cōtrà Iudæi, qui nec ab vllo ſcelere, nec ab obſcœno vllo ſermone abſtinuerant, his verbis vtebantur: Cuſtodiuimus præcepta tua, & iuſtificationes tuas: ac nunc alienos beatos prædicamus. Quamobrem nec tu quoque perturberis, nec abſurdum quicquam & abſonum proloquaris: illud pro certo habens, extremæ ipſius ſtupiditatis hoc in primis argumentum eſſe.

Λεοντίῳ. τξ.

Μὴ θαύμαζε, ὦ ἄριστε, μηδὲ ἔξω τοῦ πρέποντος ἐξακοντιζέσθω σου τὸ φρόνημα, εἰ κεκλεισμένης, ὡς γέγραφας, Ζωσίμου τῆς παρρησίας, οὐ κιγκλίσι καὶ θύραις τισὶν, ἃς τινὲς ἂν καὶ παρανοίξειαν, ἀλλὰ τοσούτοις καὶ τηλικούτοις ἐγκλήμασιν, ἔτι καὶ ἀθυρογλωττεῖ. ὥσπερ γὰρ τοῖς κατορθοῦσι μετριάζειν μετὰ τὰ κατορθώματα ἔθος, οὕτω καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι μετὰ τὰ πταίσματα ἐπαίρεσθαι. εἰ δὲ βούλει ἀπόδειξιν τούτου λαβεῖν, θέα τοὺς τρεῖς παῖδας ἐκείνους τοὺς κρείττονας τοῦ πυρὸς διὰ δικαιοσύνην ἀποφανθέντας, τί φασιν. ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, οἷς οὐδὲν ἁμάρτημα ἄπρακτον, οὐδὲ λόγος αἰσχρὸς ἄρρητος ἦν, ἔφασκον, ἐφυλάξαμεν τὰ προστάγματά σου, καὶ τὰ δικαιώματά σου. καὶ νῦν μακαρίζομεν ἀλλοτρίους. μὴ τοίνυν μηδὲ αὐτὸς ταράττου, μηδὲ ἀπηχές τι φθέγγου καὶ ἀπῳδὸν, γινώσκων ὅτι τοῦτο μάλιστα δεῖγμά ἐστι τῆς ἐσχάτης αὐτοῦ παραπληξίας.

Hieraci clariſſimo. 361.

Non ærea ſtatua auro refulgens actione

Ἱέρακι λαμπροτάτῳ. τξα.

Οὐ χαλκῆ εἰκὼν χρυσῷ ἀπαστράπτουσα τ